



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quòd tria sunt, quibus Ecclesia Catholica se tuetur contra schismaticos.  
tit. 208

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

quoniam Christi admonitionem contempnimus, & Ecclesiam catholicam nolumus agnoscere, ideo permittit Deus operationem erroris in eos, qui non credunt veritati, 1. Thessal. 2, Sic Adam contigit in Paradiso, dum noluit obedire verbis Dei, Genes. 2. audit verba serpentis, Genes. 3. Deus quoniam bonus, ideo omnibus creaturis dat dona sua: videat quisque quomodo utitur, &c. aliqui in profectum, aliqui in damnationem.

*QVOD TRIA SUNT QVI-  
bus Ecclesia catholica se metur  
contra schismaticos.*

TITVLVS CCVIII



PRIMò, tria sunt, quibus præualuit ab initio Ecclesia catholica contra schismaticos, Primò, catholicus scripturæ intellectus: Secundò, traditionum generalium Ecclesiæ obseruantia: Tertio, legitima successio scilicet ministrorum Ecclesiæ vt Papæ, Episcoporum, Sacerdotum & reliquorum vocatorum & consecratorum &c. legitima ordinatio. Primò laborât in hoc omnes schismatici, quòd apud vulgus faciunt fucum in scriptura & verbo Dei: non enim apud ipsos agitur tantùm de scriptura, sed quantum possint suum dogma per scripturam stabilire, quòd hæc eorum errores probet sicut patet de operibus & fide, Roma 3. Arbitramur hominẽ iustificari fide &c. Hanc autem sequelam non docet Paulus, quòd sola fides saluet, immò apertè reclamat: Fide statimur legem, atramen magnum sibi fucum faciunt scilicet cum tali scriptura. Sic Matth. 26. Hoc est corpus meum, id est, significat, vel signum est corporis mei. Sic Marci ultimo Qui crediderit, &c. Sic illi contendunt, quòd sola diuinitas Christi iustificet, & nõ humanitas.

tas Christi simul. Rom. 8. Deus est qui iustificat, &c.  
Sed hoc non vident, quomodò nobis in filio, id est  
Christo, Deus dat omnia &c. sic faciunt quoq; Illyri-  
ci cum sua veste choralis, & vestimētis Ecclesiæ sacer-  
dotalibus, sicut Vualdo cum sua secta facit, &c. Sed  
pergit Ecclesia catholica, & se tuetur intellectu ca-  
tholico patrum & testimonio veteris Ecclesiæ, non  
curans glossema schismaticum.

Secundò, sunt generales traditiones Ecclesiæ vna-  
nimi consensu conciliorum approbatæ & assumptæ,  
sicut de ferijs & cultu diuino, de ieiunijs & cibis, de  
ceremonijs sacramentorum in administratione illo-  
rum, vt baptisma cum chrismate &c. Eucharistię cum  
celebratione Missarum, pœnitentiæ cum auriculari  
confessione, satisfactio, &c. illa omnia, & id genus  
alia penè omni die & anno mutāt sectæ, alia noua si-  
bi fingentes, in contrarium Ecclesiæ catholicæ, quæ  
illius cæremonias non curat, sciens mandatum Chri-  
sti, Mat. 18. qui Ecclesiam non audierit, &c. & cum sit  
huius spiritus p̄batus & Antichristus repertus, 1. Ioã.  
4. ideo pergit Ecclesia, & retinet se intra limites &  
terminos patrum, sicut scriptum est, Prouer. 12. Ter-  
minos patrum ne &c.

Tertiò, Ecclesia retinet legitimam ordinationem,  
id est, successionē, scilicet in ministris Ecclesiæ, mor-  
tuo Papa, statim alius eligitur, & sic Deus illam suc-  
cessionem hætenùs à sede Petri conseruauit, id quod  
ante annos plus mille mouit S. Augustinum, vt ca-  
tholicus fieret. Talem successionem autē nullus Hæ-  
retiarca habuit. Sic sacerdote vno mortuo, alter eli-  
gitur & ordinatur catholicè & ordinariè. Sic non ha-  
bent successionem hæretici, sed qui hodiè Aedituus,  
cras sacerdos, inquit Tertullianus: & qui hodiè sa-  
cerdos, cras rusticus: sic Episcopus vnus alterum se-  
quitur, sic est successio cleri: at nullum horum habet  
sectæ, nec vniformem scripturæ intellectum, neque

generalium traditionum consensum, neq; successio-  
nem ordinariam & legitimam: ideo nubes sunt, que  
à ventis circumferuntur, vt in canonica sua Iudas ci-  
cit, Sydera errantia, &c. sed his tribus sese Ecclesia ca-  
tholica tuetur.

DE FUTURIS SECTIS.  
TITVLVS CCIX.



Postolus Petrus primò dicit 2. Petr. 1.  
quòd certò venient falsi prophete, qui  
nò metuent introducere sectas & bla-  
sphemias, & quòd multi eorum sequen-  
tur lasciuias Subindè dicit, quòd tales  
contemnant dominationē, & in audacia sibiipsis pla-  
ceant. Tertio, quòd tales, catholicos angustiant,  
sicut impij deridebant veritatis præconem Noe, Gen.  
7. illum pro stulto reputantes. Sic reputantur ca-  
tholici prædicatores Genes. septimo, & sicut Sodo-  
mitæ valdè angustiant Loth, Gen. 19. vel senes Su-  
fannam, Danic. 13. sic non cessabunt sollicitare & per-  
trahere ad sectam. Subindè fictis & dulcibus verbis,  
Rōmanōr. 16. in auaritia de vobis negociabuntur, vt  
ipsi ditefcant. Postremò, magnam libertatem pro-  
mittent, cùm sint ipsi serui damnationis. Tertio in-  
quit, quòd non obstantibus multis sectis, Deus no-  
uit de tentatione eripere iustos, iniquos verò, id est,  
hæreticos, reseruare vsque ad diem iudicij crucian-  
dos, etsi interea glorientur in carne. & ponit exem-  
pla, cùm Lucifer, qui alios angelos seduxit, æterna-  
liter cum illis adiudicatus sit perpetuæ damnationi,  
nec parcat Deus sectæ magistris, Esai. 14. Si ciuitates  
Sodomæ in cineres redegit, quæ cōtemnebant Loth,  
Gene. 19. nec illis parcat. Vltimò inquit, melius erat  
nò cognouisse viam iustitiæ, quàm post agnitam ve-  
ritatē retrorsum conuersti, id est, melius esset, te nun-  
quam effectum baptismo Christianum, & factum  
membrum

2. Pet. 2.